

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

§. 1. Viduas honorandas, non lædendas esse.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

C A P V T XXVII.

Viduas quoque, & Magistratus, & sacerdotes Deoq; consecratos, itemq; sanctos, immo & omnes Christianos, praecepit autem Deum esse summo honore prosequendum.

**H**onorandæ sunt & viduæ: idque duas ob cauſas, quia scilicet à viro liberatæ iam Deo magis seruiunt, & quia viro defensore destitutæ, vbiique premuntur, quamobrem auxilio solatioq; egent. De virtute earum multa memorant diuinæ historiæ. Qualis enim fuit Iudith, honestate, pie- tate, oratione, confidentia in Deum, castitate, fortitudine de- nique? Ut merito populus dixerit: *Tu gloria Ierosalem, tu latitia Iudith.* <sup>39</sup> Iſraël, tu honorificentia populi nostri. Qualis erat Anna Prophetissa <sup>Luc. 2. 37.</sup> filia Phanuel, qua non discedebat de templo, ieiunijs, & obsecrationibus seruens die ac nocte. Qualis illa, de qua legimus: *Vidit autem (Do-* <sup>Lus. 2. 2.</sup> minus) & quandam viduam pauperculam mittentem ara minuta duo. Et dixit: *Verè dico vobis, quia vidua hac pauper plus quam omnes mi- sit &c.* Maximus honor est à summa laudari veritate. Nonnè vi- duas voluit esse honorandas, qui in parabola dixit, viduam fuisse <sup>Luc. 18. 4.</sup> exauditam à iudice quoque, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur? Immò viduam ipse honorauit obuiam, dum eius filium, ad sepulchrum elatum, ad vitam renocauit; quam cùm vi- <sup>Luc. 7. 13.</sup> disset Dominus, misericordiamotus super eam, dixit illi: *Noli flere. Deuter. 10. 18.* Immò iam ab antiquo facit iudicium pupillo & vidua, amat peregrinum, & ei victum & vestitum procurat Deus; qui ibidem nos quo- que similia facere iubet. Alio autem in loco ait: *Vidua & pupillo* <sup>Exod. 22. 22.</sup> non nocebitis. Si laferitis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt uxores vestra vidua, & filii vestri pupilli. Qua de cauſa & Timotheo scribit Apostolus: *Viduas honora, quæ verè vidua sunt:* <sup>1. Tim. 5. 3.</sup> quia id virtus earum meretur, necessitas exigit. Dixi multa de vi- duis, in Tractatu de faustis & infaustis matrimonij. Hic sufficiet vel è poëta apponere laudatam à pudicitia viduam Didonem, ita enim loquitur:

Sed

894 Cap. XXVII. Vidua, Magistratus, sacerdotes, &c. honorandi.

Virgil. lib. 4.  
Enaid,

Sed mihi vel tellus optem prius ima debiscat,  
Vel Pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,  
Pallentes umbras Erebi, noctemq; profundam:  
Ante, pudor, quam te violam; aut tua iurare soluam;  
Ille meos primus qui me sibi iunxit, amores  
Abstulit: ille habeat secum: seruetq; sepulchro.

II.

Aristot. lib. 1. bus artibus, meritò, ob hanc excellentiam, præcipue honoran.  
Ethic. dus est magistratus, qui est, vt Cic. ait, lex loquens, & loco Dei  
Psal. 82. 6 Ego dixi, Dic estis: certè minister Dei est magistratus, atque tum  
Rom. 13. 4. & 6 ob virtutem, tum ob laborem, tum etiam ob periculum suum, &  
Cic. lib. 3. de legib. commodum communitatis honore dignus. Evidem & istud

magnum est virtutis in principe argumentum, si subditi libent  
ipsum sequantur. Et sine illius prudentia ac diligentia civitas eis  
non potest. Omnino qui Reip. presunt, ait Tullius, duo praecepta  
offic.

neant: unum, ut utilitatem ciuium sic tueantur, ut quidquid agant,  
ad eam referant, oblixi commodorum suorum: alterum ut totum corpus  
Reip. current, ne dum partem aliquam tuentur, reliquias deserant. Vi  
enim tutela, sic procuratio Reipub. ad utilitatem eorum, qui commis-  
sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est. Quam ad rem  
non solùm prudentia, sed & iustitia, & vigilancia, animisq; sibi  
à nimia cupiditate temperans requiritur. Quin & fortitudo, qui

Cic. pro Sck. sudandum est ijs, qui magistratum gerunt, pro communibus commodi-  
ad cunda inimicitie, subeunda sape pro Rep. tempestates: cum multis ad-  
acibus, improbis, nonnumquam etiam potentibus diuicandum. Est  
itaq; magistratus, erga rebellantes constantia, erga subiectos be-  
nevolentia vii. Quæ omnia ferè complexus est Apostolus illis  
verbis: Omnis anima potestatis sublimioribus, hoc est, Principi-  
bus, & magistratibus (ideam enim est potestatis, quod potestate  
præditis) subditas est; in temporalibus potestati ciuilis; in spiritu-  
libus, Prælato, Episcopo, Pontifici. Non est enim potestas, nisi  
Deo; eiusq; diuina ordinatione; non à diabolo, quamvis ille  
mentiendo dicat: Hac omnia tibi dabo: nec à solo homine; sed ab  
eo, qui dicit, Per me reges regnant. Est autem potestas Ecclesiastica  
quidem immediatè à Deo instituta, cum Christus ipse Petrum  
& Apostolos Ecclesiæ præfecerit; ciuilis autem saltē mediate,

Rom. 13. 1.

Matth. 4. 9.

Prov. 8. 15.

cum